

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von Erfurti, 1675

Ι.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

fe

ja P

ri

VI 91

tu

P

fis

qi

tu

pifu

CI

ti

tı

中十つ

igitur



HISTORIA

ERFVRTENSIS

and all BERGIL

Mous civiles Georn can les

Ix Hostis Urbem reliquerat, & interni motus oriuntur. † Hade nus penes Patricios curia fuerat diximus enim Wilhelmum, cum primò Thuringiam à Cæfare accepisset nobiles introduxisse, aliis in Urbibus, a liis in pagis ad defensionem terræ locatis, illis insuper jura magistratus præsertima Gerhardo concessa, quæ hic Erfordiæ in Patriciorii hæc usque tempora conservarant. Sed Erfurtensin cura insolentius imperarent, privatis carrceribus fævirent; & civis quidam abo creato nobili calcaribus concitaretur, all us transfoderetur cultro, plebs per hat

insolentia.

Plebis conrelæ.

bella affueta armis in patricios conjurat: (a) Non † se pro concivibus, sed prosertra eos que- vis haberi conquesta: proventus Urbis non Reip. saluti, sed nobilium luxuriæde stinari. Domi & in Curia omnia ex libidine agi, nec plebem de Reip. negotis quicquam rescire, nisi cum vel darepecunias, vel se hosti objicere debeat. quum esse civilis societatis onera commu-Deligendos nibus honoribus rependi.

(a) Fuse MS. Enfordia C bronisa.

igitur de plebe, qui patricios in curia observent, & cum iis Remp. moderentur. * Appropinquavit interim ille dies, quo * MCCCX. Senatus de novo eligitur. Convenerant . jam ij, quibus electionis jus competebat. Plebs curia Plebs f non agendam rem suam rata, Cu- obsider. riam obsedit, nec publicari Senatum novum, nec evacuare curiam voluit, nisi quidam ex plebe in consilium adoptaren-Viliores minas addebant, frustrà Patricii deliberandi tempus petunt. Mifsishinc inde Legatis, demum in hoc conventum est: Eligeret plebs tribunos † Eliguntur quatuor, qui ad januam aulæ senatoriæ se- tribuniplederent, acta senatus observarent, inter-bis. cedendi potestate, non definiendi uterentur, remisit de impetu plebs, & nominatis de numero suo Quatuorviris Senatus proclamatus est. Statim † plebs tribunis suis literas ad senatum, in quibus desideria plebis per fua exposuerat, tradit: Civitati pacem procuraret, vel æqualia indiceret belli onera. Manubiæ venderentur in foro, pretium fisco cederet, super necessitatibus Urbis senatus, non pauci deliberarent, quatuorviros à civibus ad senatum missos promptè audiret. Literas hasce senatus, † posteà etiam Petrus Elector confirmavit, Quatuor li-(a)tam sanctas posteris, ut singulis Quatuor-teraruminiviris sub initium electionis traderentur in tium. pixide, hique quasi sanctum civitatis inte-

Postulata

(a) Extanu in Originali, easdem Erfurtenses typis, ast suppressa Ele-Etoris confirmatione, divulgarunt.

gro

Hacte

ierat:

cum

iffet

Soa

catis

tima

12º 11

Sed+

carabo.

, ali.

rhæc

urat:

o ser-

Irbis

æ de-

libi-

otils

ecu-

ımu-

ndos

gitur

A.

gro anno custodirent. Hinc solenne ou tuor literarum nomen. Hoc est illudin tium Quatuorvirorum, quorum potelle ad exemplum tribunitiæ Romanæ paul tim crevit, utquoad præcedentiam con fulatui quidem cederet, verum quoadin

perium omnibus prævaluerit.

gunnam. facit.

Ægerrime tulerunthoc Patricii, ne Patricit a- quicquam intermiserunt, quo plebejus boleretribu hic Magistratus aboleretur. Missi octo & nos condur natores † Moguntiam, qui Patriciorum Mittunt le- causam apud Electorem agerent. Non gatos Mo- potuit hæc legatio plebem latere, quæ su rum aliquos illicò submisit, † ut celeni I dem plebs mis itineribus priores adæquarent, ne pri us occuparetur animus Aulæ, ficque perfuafa opinio eradicanda, & implantanda alia duplicato labore veniret. Circàidem tempus Moguntiæ adfunt partium Legati Non latuit Electorem, quid hactenus Er furtiactum, ideò facilè, quæ adventanti um essent studia, collegit, placuit simul admittere, quo melius utriusque factionis justitiam intelligeret. Patriciorum Orator primus verbosa oratione Electorem Oratio Le- alloquebatur, † non quasi suam sed Mogati Patri- guntiæ causam ageret: Venire se ad ea officia viorum ad præstanda; quæ ante plura sæcula Moguntina Seds Electorem. majoribus imposuerit. Cumque ministri Reip. munii en avertendis periculis potissimum versetur, & simajora sint ea , quam ut propris viribus declinare possti Domino suo necessitatem referat , se fidelitatis avita unemores prasentissima mala, vinteritum, quem

rebella

fac

Ser

74

377

\$27

ud in otesta paul

regu

ad in

one ejus for sto se iorum

Non æ fuoelerrine prie per-

idem egati is Er

fimul fimul fionis Ora-

Moofficis
a Sedes

munui finapossiti avita

quem

rebellis vulgi seditio Erfordiæ minetur, ad Electorem deferre, nec se Archi Episcopo molestos esse voluisse, nisimpares essent ferociæ plebis. Non dubitare quideminiquitatem rei jam tum Electori delatam , sed cum famæ or referentium fides negotii veritatem Jæpe corrumpant, insuper præsens malum præsentia remedia expectet, à Senatu & Patriciis se huc missos, ut facti seriem Domino exponant. Nec rem altius repetendam, cum notum sit majores suos à Wilhelmo ArchiEpiscopo, quasi Coloniam Erfurtum deductos, ut urbi confilio pariter, & armis præessent, quod omnibus viribus hactenus præstiterint, nec unquam nisi sub Conrado I. ac sub Sigefrido vi majori ab omnibus desertos, cessisse: Notiona esse pericula, & fortunarum jacturas, quam ut narrari debeant; necdum abstersum sudorem nuperorum bellorum, ex quibus hæc miseria dimanet. Vicinos Vrbi libertatem, Moguntia urbem invidere, nihil hactenus non egiffe, quo filiam ab obedientia S. Matris abstraherent, ac servitute Jue maniparent. Inde in fingulos annos bella, im quibus cum plebem suam, & de vulgo cives armare debuerint, armis affuetos, numerum, & vires, quibus patribus prævaleant, didicisse. Hinc in olentiam, ut contra præscriptum S. Sedu etiam in Senatum legi velint, ato nuper cum senatus more majorum eligeretur, obsederint curiam, gravibus minis Quatuorviros ex plebe moleftissimos censores senatui ob-Hos effe qui numerosaplebis favore potentiam omnem occupaturi, & Moguntiæ superioritatem inversuri sint. Non se motibus hisce , sed in Patriciorum attritis rebus Moguntiam peti , nece prædici hac mala, sed præsentia esse. An enim fidelitatem expectet Elector à mobili plebe, & cui licere videntur, 可以强

que potest?an custodem legum futura, or Reip que comi nol leges Remp. invadat? suspectam rem haberi, per he de multum flagitare, quæ per judicem debeant. I. O fisse nuper prodomum hujus tragodiæ, dum Clem illis spoliavit, quam nunc ulterius continuet atroci exin finiendam, nisimaturioribus remediis abrumpatur, spe-Vnum igitur esse, quod non tam petant, quam d commoda Sedis præstari debeat : Abrogandos s tribunos plebu violenter creatos, quod si negetur, Mo guntiæ salutem negari. Promptos ad obsequia Paris cios, quibus in hac justa causa abunde animi, dumsa opis consequantur. Ageret Elector, atq majorun vestigiis insisteret: fuisse hactenus matri & filia sancil Imam pietatem, & perpetua invicem auxilia, fasnon effe tantægloriæ exempla in maximi nominis ArchiE piscopo deficere nec difficile fore remedium ; iplan plebem suas in factiones divisam adhuc fine capite erra re, se cum numero armatorum destituantur, pecunis affuturos, utq Elector, fub quo sarta, tectaq libertas hactenus perstitisset, animi promptitudinem vide ret, munus seguingentarum marcarum argenti afforre, verum non munus, sed debitum, neap boc, sed debiti arrham tantum , & confessionem. Confident igitur se, cum absapiis, qua dicta sint, etianlibertas nobilium, plebejum in Senatu non patiatur, & Electoris aquitas as fides adver sus illorum libertaten mibil toleret, uno eodema beneficio Coloniam & ArchiEpiscopatum suum Electorem adjuturum. Impa-

Orario Le- tienter hæc plebis Orator auscultavit, †dogati plebis nec & ipsi loquendi tempus indulgeretu:

Venimus, ait, tanto animo instructi, quanto de pressi superbissimo dominatus Patriciorum, qui ex amplissimis quondam rebus nihil præter earum memoriam

nobis

e conti nobis reliquerunt. Caterum Elector & Domine, came per le de Clementia tua fiduciam suscepimus, te preces nostras, Le vota auditurum; cognitis autem malis, nos jam-Cleria illis exemptos arbitrabimur. Illud fine justa commotione resutare non possumus, quod sua commoda sub npation, specie publicæ utilitatis commendent, cum tamen publica calamitatis auctores satus oftendant publica mala. Ecce filiam Erfordiam matri sistimus, quæ dos elle multa hactenus passa, quod matris vigilantiam Patrier, Mo. ciorum libido intervertit, nec enim hi matris Imperium exercent, sed prostituunt, dum ad sua, non ad publica bona abutuntur; Argentum illisnos filiam ofajorum ferimus, patriciorum injuriis pauperem, à qua pia Verum & mater nihil præter obsequium expectet. illinon sua, sed sudorem nostrum offerunt, violentiis o peculatu nobis expressum. Rebellionis accusamur & violenti ambitus, vis etiam majoris in illos, quos in præsidium à majoribus accepimus? ast nos tyranni-Illi dim patriis ledem , non obsequium detestamur. gibus sua crudelitatis ingenia, atop libidinem cohibuerunt, obedientes fuimus ad justa imperia: testantur id Sanguinolenta bella, quibus fortunas nostras, & aliquot millia civium impendimus. Sed postquam raptores potius, quam tutores urbis egerunt, quis invidebit, si pessimæ admistrationis non suspectis tantum, sed convictis, exiis censores adjungamus, in quorum fortunas debachantur. At non impetu, sed auctoritate judicis remedium fuisse quærendum ajunt? si quid in modo erratum, non in Patricios, sed in Clementiame tuam peccavimus, Elector, hoc sanguine nostro, pro incolumitate tua expiaturi ; erroris hujus defensionem insola confessione ponimus. Faciendum aliquid suit ex tempore, ubi in mora periculum. Indulgebitur in-Super

uam of

a Patri-

dum la

Sandif-

fasnon

1rchiE-

ip fam

te erra

becunin

b liber-

n vide

affer.

> /ed

nfidere

iam li-

m > 0

rtatent

og Ar-

mpa-

fdo.

etur:

to de

x am-

oriant

nobis

fel

P

n

CL

ac

in

di

fi

ergo

Super justa indignationi, quamex immani Patrici rum savitià concepimus, à quibus non ut cives, seda Servi tractamurimo crudelius in nos sevitur parinje menta atrocitate : nam qua calcaria pro excitandia hostes aquis à majoribus acceperunt , illi domi nobile zivibus admovent. Quis Deum immortalem his ininjuriis moderamen expectet! tuos se milites jactant the umq magistratum. , Sed augent querelarum nostrarum momentum: is enim tuus miles, quem in hostemde stinaverant majores, dudum neglectà militia discipli na, nostrum in sanguinem violentas manus converii. An tuus ille magistratus est, qui non sequitur poteste tis à te davæ legen? crede, Elector, adultior jam Co-Ionia suis commodis studet, accum fortitudine priman fidem dudum deposuit. Fraudes sunt, quod suo impe rio S. Sedis Superioritatem annectunt, illi, quinulan occasionem excutiendæ matris prætermittunt. Experta hoc vidua nuper 2 & Schismatibus afflicta Moguntia; tunc enim omnia pro libidine à senatu actain dictabella, pactæ paces, initafædera, es reliqua majestatis jura inconsultà Sede exercita. Illud autem calumnia est, quod spolia Clericorum plebi imputem: Interfuerunt aliqui de plebe, sequiores, & illi non obscuro licentia signo ad facinus instigati; sat eratvirium Senatui, quibus hos motus præveniret, nisin. vidiam , quâ Moguntiam odit , in Clerum maluisse effundere. Contrà Moguntiam Patricii multum pojsunt, dum nunquam in communi adversus eam odio fæderibus, & sociis destituentur. Refrenanda ergo hac licentia; ast pro pientissima matre Patriciis Domi infirmis nulla nisi in plebe arma supersunt. hodiernum diem matrifiliam stiterunt, Patriciis non nisi inanem verborum pompam addentibus. Cunt

2. Sedit riinj andin nobile is in inant oth

atrici

Aranon Tem de disciplie nvertit. potesta.

am Cobriman to imper

i nullam Ex. a. Moictagin: reliqua

autem butent: Hi non rat vi-

milin. aluiffet m poj-2 odio

ergo s Domi ec ad

izs non Cunt

ergo

ergo præteritorum, & tuorum temporum, non tua, Elictor, nec Sedis mala, aliter, quam in scaturia gint suffocari poffint , Patriciorum infolentia refrenanda veniet. Habebis autem ô Sancta Mater, tot felicitatis tuæ defensores, quot sunt Erfordiæ, socordes Patricios excipias, armatæ dexteræ. Elector Petrus frerum, & anteactorum gnarus, Responsum non levandam statim Urbem censuit, quæ Electoris. culpà suà ceciderat. Reverterentur, ait ad suos deputati, se Consiliarios, qui & inrei veritatem inquirerent, & aptarentmedia submissurum. Interim tut invidia plebis Dona à Paevitaretur, & amplior decidendi libertas tricin oblasuperesset, servare donum Patricii jube- ta recusat. bantur.

ArchiEpiscopus † momenta dissensionis Consilio suo tradit : apprehenditur Super red statim arduam rem esse, quam in commo, momento da Sedis, & Urbis vertere possit, ac de- deliberat. beat Moguntia: Eò hactenus Patricios civitatis viribus abusos, ut non nisi precarium Moguntiæ obsequium præstiterint, quasi non ministeriali, sed proprio jure civitati præessent. Oligarchicis ergo molitionibus potentiam plebis objiciendam; solis quidem Patriciis à majoribus Urbis custodiam esse creditam, sed utilitate hoc exigente, quæ cum diversum hodiè suadeat, aliis legibus opus esse. Patriciis, & plebi distimulari posse; cumq; vires & arma plebi adfint, hujus favorem ambiendum. Neutrius partis fidem Moguntiæ satis probari, vinculari tamen ambasa

nequeant